

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Dissertatio Inavgvralis Medica De Stvpro Violento Et  
Cavsis, Cvr Hoc Svb Certis Modo Conditionibvs Fieri,  
Graviditas Vero Nvnqvam Exinde Oriri Possit**

**Fürbringer, Johann Gottfried Carl  
lenae, [1798?]**

**VD18 12167878**

Sectio III. De signis, ex quibus stupri violenti attentatio ejusque consummatio sit cognoscenda et de effectibus talia sequentibus delicta.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-8884**

illafo  
meum  
missa,  
tatem

id sci  
meo in  
mersis  
teriae  
extend  
elegan

### SECTIO. III.

*De signis, ex quibus stupri violenti attentatio ejusque consummatio sit cognoscenda et de effectibus talia sequentibus delicta.*

#### §. 21.

Signa attentationis et consummationis stupri violenti ex violati corporis inspectione effectibusque inde ortis sola sunt defunenda. Cetera, quae afferuntur signa, è sanguinis, per venae sectionem emissi, mutatione, ex urina et colli crassitudine, ex experimentis cum lapide Gagate, ex apibus in stupratam acriter invehentibus, etc. sumta, tanquam inania, absurdia et veteriarum superstitionis sunt rejicienda.

#### §. 22.

Signa vero ex totius corporis, praesertim partium genitalium externa inspectione petita stupri violenti tam attentationi quam consummationi sunt communia, et illa modo signa de hujus consummatione nos certiores facere queunt, quae ab ipsa penis in vaginam uteri pendent immissione et quae igitur in interioribus partibus sunt eruenda.

#### §. 23.

In universum vero omnia fere sunt ejusmodi, ut veritatem stupri, violenter commissi, firmissime non testantur, nisi fortasse in puellis impuberibusque. Possunt enim quoque in iis reperiri, et omnino reperiuntur, adultis, quae ad



ad coitus consummationem omnino consenserunt, quarum pero pudenda ad compressoris partes genitales relata nimis fuerunt arcta, vel quibus ob nimiam compressoris cupidinem veneris, non omni, quo par est, modo, est partitum. Signa igitur stupri violenti cum laesae virginitatis signis coincidunt, nisi illorum vehementior gradus, e. g. excoriatio, inflammatio, contusio, dilaceratio, disruptio, cum signis, de vi aliis corporis partibus illata, testantibus, e. g. cum crurum aliorumve membrorum fugillationibus collatus interdum appareat.

§. 24.

Ceterum corporis inspectio ab artis peritis est insituenda, muliebria, quoad partes singulas, in loco lucido oculis lustranda et interiorum status modesta digitorum applicatione investigandus.

§. 25.

Omnia vero signa huc pertinentia copiose recenset AMMIANNVS o) ita:

Mox observatur in genere,

- 1) quod partibus virginis genitalibus, aliquando etiam reliquo corpori, vis fuerit illata, deinde
- 2) dum adhuc muliebria sanguine madida sunt, aut
- 3) praeter solitum rubicunda, aut
- 4) penitus inflammata;

C 2

5) con-

o) libr. cit. cap. 3. §. 15. p. 72.



illato  
meum  
missa,  
tatem

id sci  
meo in  
mersis  
teriae  
extend  
elegan

- 5) conqueruntur etiam virgines de illarum partium dolore et ardore,
- 6) aut comparent illae partes plane dilaceratae,
- 7) aut patulae et valde dilatatae,
- 8) aut praeter consuetudinem humidae;
- 9) facies stupratae circa oculos nares et oris labia admodum mutata et livida observantur,
- 10) vaginae uteri labia sunt inflata,
- 11) interiora uteri aliquando sunt laesa:
- 12) ejusmodi foeminae non bene incedere possunt et de perpetuo dolore, praecipue in locis pudicis, conqueruntur.
- 13) si crura distrahuntur, dolores exacerbantur, quae singula signa tanto certius observantur, quo juniores et teneriores sunt foeminac, et quo robustior est stuprator. Quare in hisce signis follicite aetas et corporis habitus observari debet.
- 14) adeo aliquando inflatio regionis pectinis, perinæi et ani;
- 15) aliquando molesi tenesmi accedunt,
- 16) aut conatus dolorifici ad mingendum, quando una osium urethrae violatum est:
- 17) quandoque accedunt spasmi semicolici, aut
- 18) irregulares motus quoad alvi depositionem:
- 19) quandoque tubercula in perinæo et ano livida et rubicunda conspicuntur: denique



20) nonnunquam partium suspecta excoriatio anno-  
tatur.

Quorum si plurima ad sint signorum, omnino attentatio-  
nem certe stupri violenti probant, sed modo recenter com-  
missam. Si vero et attentatio et consummatio stupri jam  
aliquamdiu fuerit peracta, omnia haec signa magis admo-  
dum sunt dubia ac ambigua.

Sanguinis profluviū, tanquam stupri violenti signum  
consideratum, jure ridiculum redditur a celeb. GOELICKE p).

### §. 26.

Praeter hosce vero ab AMMANNO enarratos effectus  
morbosque non raro alii chronicī, e. g. ascites, tabes, prae-  
cipue in pueris, tale delictum sequuntur. Nec minus om-  
nes exinde possunt proficisci morbi, qui a nimia irritatio-  
ne ac virium contentionē, et a vehementi animi perturba-  
tione nascuntur. ALBERTI q) sexaginta annos natae anus  
facit mentionem, cui senex sexagesimum secundum agens  
annum stuprum vi inferre est conatus. Anus fortiter seni  
se opposuit, qui coitum consummare hand potuerit, ni-  
mia vero resistentiae intentione peripneumonia correpta  
fuit, mortemque obiit.

C 5

### SECTIO

p) 1, c. Spec. 7. §. 7. p. 124.

q) 1, c. Tom. IV. cal. 15.



illato  
meum  
missa,  
tatem

id sci  
meo i  
mersis  
teriae  
extend  
elegan

## SECTIO IV.

*De impregnationis ex stupro violento sequentis impossibilitate.*

§. 27.

In deducenda ex stupro violento ortae impregnationis impossibilitate divisionem scepius memoratam sequemur. Illius ductu, si primum stuprum violentum stricte sic dictum consideramus, duo modo reperiuntur casus, in quibus, impregnationem inde originem trahere posse, aliquis putare posset, illi scilicet, ubi foemina adulta, aut a pluribus maribus tentata invaditur, aut nimia imbecillitate morbove laborat, quo fit, ut viro non possit resistere. Ceteri enim, qui hoc sub stupro comprehenduntur casus sunt aut ejusmodi, quorum et ipsa possiblitas, quoad coitus consummationem, jamjam jure est negata, (qua lia sunt stupra violenta ab uno mare suscepta,) et tunc de iis hic non amplius est differendum, quia sine coitus consummatione, id est, sine penis in vaginam immissione, feminisque intus ejaculatione, testibus omnibus fere Physiologis r), nulla unquam eveniet impregnatio; veterum enim theoria, de aura seminali, jam dudum est refutata s); aut ita comparati, ut illorum possiblitas, quod ad coitus consummationem attinet, interdum quidem concedi possit, ubi vero conceptio ne cogitari quidem potest. Talia sunt stupra impuberi illata. Exempla enim de puellis, quae no-

vem

r) Exempl. gr. Haller. Element. Physiol. corp. hum. Tom. VIII.

L. 29. Sect. I. Barbatt. form. fet. p. 39.

s) vid. Bonnet medic. septentr. II. p. 241. et Haller. l. c.

